

FEBRUARIUS

1. Rub. Feria V. S. Ignatii * M., III cl. – Off. ordinarium. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 de festo, *Te Deum*.

MISSA pr., *Gloria*, sine *Credo*, praef. comm.

VESPERAE de festo.

Notanda pro festo Purificationis B. M. V.

1. Festum Purificationis B. M. V. habetur tamquam festum Domini: proinde excludit Missas votivas de Christo Domino.
2. Permittuntur aliae Missae votivae et defunctorum I et II classis, nisi una tantum habeatur Missa, et fiat benedictio candelarum.
3. Ad expositionem quod attinet Ss.mi Sacramenti pro adoratione Quadraginta Horarum tempore benedictionis, distributionis candelarum, processionis et Missae, cfr. RM, n. 352.
4. Pro benedictione candelarum:
 - a) Si candelarum benedictio et processio, ob defectum ministrorum sacrorum, forma solemni fieri nequeat, licet formam simplicem adhibere, idest *Memoriale rituum* Benedicti XIII, dummodo tres saltem ministrantes celebranti inserviant (*Rubr. Missalis*, hoc die).
 - b) Adhibetur color *albus*.
 - c) Orationes ad candelas benedicendas dicuntur manibus iunctis, etiam ad Dominus vobiscum.
 - d) Qui Missali ante diem 25 iulii 1960 edito utuntur, haec animadvertant: quinque orationes ad candelas benedicendas dicuntur conclusione brevi, in fine distributionis candelarum omittuntur ant. *Exurge cum suo versu et Gloria Patri* necnon *Flectamus genua*, et ante orationem sacerdos dicit tantum Dominus vobiscum. *Oremus*.
 - e) Qui benedit candelas debet quoque subsequentem Missam celebrare, nisi sit Episcopus dioecesanus (Decr. 2976, 8).
 - f) Candelae accensae in manibus tenentur ad Evangelium (etiam a celebrante) et toto Canone, idest usque ad versum *Per omnia saecula saeculorum ante orationem dominicam*.

2. † Alb. Feria VI. IN PURIFICATIONE B. M. V., II cl. – Off. semifestivum. – Ad MAT. 3 Noct. – Ad LAUDES antt. pr., pss. de dom. – Ad Horas ant. et pss. de feria. – Ad Primam in R br. V *Qui natus*.

O.C. MISSA pr., *Gloria*, *Credo*, praef. Nativ. – In Missa quae sequitur benedictionem et processionem candelarum omittuntur omnes preces ad gradus altaris dicendae, necnon orationes *Aufer a nobis et Oramus te, Domine*, non autem osculum altaris (RM, n. 424 a).

Ad VESPERAS antt. pr., pss. de Comm. – Compl. de dom. – In fine Compl. dicitur antiphona finalis *Ave, Regina caelorum* usque ad Compl. feriae IV Hebdomadae sanctae inclusive.

Cras, ubi peculiaria pietatis exercitia in honorem Immaculati Cordis B. Mariae Virg. peraguntur, permittitur unica Missa votiva de eodem IMMACULATO CORDE: Missa pr. (ut in die 22 aug. – *alb.*), *Gloria*, comm. S. Blasii, sine *Credo*, praef. B. M. V. *Et te in veneratione*.

3. Alb. Sabb. **De S. Maria in Sabbato**, IV cl. – Off. in Psalt. et in Pr. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 pr. *Christus virgo, Te Deum*. – Ad LAUDES ad Bened. ant. *Beata Dei Genetrix*, or. *Concede*, comm. S. Blasii. – Ad Primam in R br. V *Qui natus*.

V. MISSA *Salve III* (a Purif. usque ad Pascha), *Gloria*, comm. S. Blasii, tractus, praef. B. M. V. *Et te in veneratione*. – Vel Missa S. Blasii (*rub.*) *Sacerdotes Dei, Gloria*, comm. S. Mariae in sabb., sine *Credo*, praef. comm.

I VESPERAE de seq. dom., ut in Psalt. de sabb. et in Pr., sine comm. – *Viol.*

Benedictio gutturis: Cerei apponendi sub mento fidelium benedicendi sunt *formula speciali* in honorem S. Blasii (Rituale Romanum, tit. IX, cap. III, n. 7); apponuntur autem extinti.

4. □ *Viol. DOM. IN SEXAGESIMA, De ea, II cl.* – Off. dominicale per annum. – Ad MAT. 9 antt. et 9 pss. de dom., abs. *Exaudi*, bened. *Ille nos, Divinum auxilium, Per evangelica dicta.* – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 (= L. 7) de homilia, sine *Te Deum*. – Ad LAUDES antt. pr., pss. de dom. (2° loco), rel. pr. – Ad Horas ant., cap. et rel. pr. – Ad Primam pss. 53, 118₁, 118₂

O.C. MISSA pr., sine *Gloria, Credo*, praef. Trinit., *Ite, missa est.*

II VESPERAE ut in Psalt. et in Pr.

Hodie prohibentur Missae defunctorum excepta exsequiali

5. Rub. Feria II. **S. Agathae** * **Virg. M.**, *III cl.* – Off. ordinarium. – Ad MAT. 9 antt. et 9 pss. pr. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Comm. 2° loco cum RR pr. *Dum torqueretur et Quis es tu*, 3 de festo, *Te Deum*. – Ad LAUDES antt. pr., pss. de dom. – Ad HORAS ant. et pss. de feria.

MISSA pr., *Gloria, tractus*, sine *Credo*, praef. comm.

Ad VESPERAS antt. pr., pss. de dom. (ult. ps. 147). – Compl. de feria.

6. Alb. Feria III. **S. Titi E. C.**, *III cl.* – Off. ordinarium. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 de festo, *Te Deum*. – Ad LAUDES comm. S. Dorotheae Virg. M.

MISSA pr., *Gloria, comm.* S. Dorotheae, sine *Credo*, praef. comm.

VESPERAE de festo, sine comm.

7. Alb. Feria IV. **S. Romualdi Abb.**, *III cl.* – Off. ordinarium. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 de festo, *Te Deum*.

MISSA *Os iusti* de Comm. Abb., *Gloria*, sine *Credo*, praef. comm.

VESPERAE de festo.

8. Alb. Feria V. **S. Joannis de Matha C.**, *III cl.* – Off. ordinarium. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 de festo, *Te Deum*.

MISSA *Os justi*, *Gloria*, or. pr., sine *Credo*, praef. comm.

VESPERAE de festo.

9. Alb. Feria VI. **S. Cyrilli E. Alexandrini C. D.**, *III cl.* – Off. ordinarium. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 de festo, *Te Deum*. – Ad LAUDES comm. S. Apolloniae Virg. M.

MISSA *In medio*, *Gloria*, ors. pr., comm. S. Apolloniae, sine *Credo*, praef. comm.

Ad VESPERAS *ad Magn.* ant. *O Doctor*, sine comm.

10. Alb. Sabb. **S. Scholasticae Virg.**, *III cl.* – Off. ordinarium. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 de festo, *Te Deum*.

MISSA *Dilexisti*, *Gloria*, or. pr., sine *Credo*, praef. comm.

VESPERAE de festo.

De Apparitione B. M. V. Immaculatae nihil fit.

11. □ Viol. DOM. IN QUINQUAGESIMA, De ea, II cl. – Off. dominicale per annum. – Ad MAT. 9 antt. et 9 pss. de dom., abs. *Exaudi*, bened. *Ille nos, Divinum auxilium, Per evangelica dicta.* – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 (= L. 7) de homilia, sine *Te Deum*. – Ad LAUDES antt. pr., pss. de dom. (2° loco), rel. pr. – Ad Horas ant., cap. et rel. pr. – Ad Primam pss. 53, 118₁, 118₂

O.C. MISSA pr., sine *Gloria, Credo*, praef. Trinit., *Ite, missa est.*

II VESPERAE ut in Psalt. et in Pr.

Hodie prohibentur Missae defunctorum excepta exsequiali

12. Alb. Feria II. **Ss. Septem Fundat. Ord. Servorum B. M. V., Cc., III cl.** – Off. ordinarium. – Ad MAT. hymnus *Bella dum late*, L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 de festo, *Te Deum*. – Ad LAUDES hymnus *Sic patres*.

MISSA pr., *Gloria*, tractus, sine *Credo*, praef. comm.

Ad VESPERAS hymnus *Matris sub almae*.

13. Viol. Feria III post Dom. Quinquag., **De ea, IV cl.** – Off. feriale per annum. – Ad MAT. non dicitur *Te Deum*. – Ad LAUDES pss. 2º loco, or. dom. praec. – Ad Primam cap. *Regi*.

V. D. MISSA dom. praec., sine *Gloria*, post grad. omittitur tractus, sine *Credo*, praef. comm., *Ite, missa est*.

VESPERAE de feria, *ad Magn.* ant. *Miserere mei*, or. dom. praec.

In **Martyr.** 1º loco: *Dies cinerum*, etc., ut in festis mobilibus.

Hodie de sero clauditur solemnitas nuptiarum usque ad dominicam Paschatis inclusive.

TEMPUS QUADRAGESIMAE

1. IEIUNII ET ABSTINENTIAE LEX

Iuxta Codicem Iuris Canonici anno 1917 promulgatum.

CAN. 1250 – Abstinentiae lex vetat carne iureque ex carne vesci, non autem ovis, lacticiniis et quibuslibet condimentis etiam ex adipite animalium.

CAN. 1251 – § 1. Lex ieiunii praescribit ut nonnisi unica per diem comestio fiat; sed non vetat aliquid cibi mane et vespera sumere, servata tamen circa ciborum quantitatem et qualitatem probata locorum consuetudine.

§ 2. Nec vetitum est carnes ac pisces in eadem refectione permiscere; nec serotinam refectionem cum prandio permutare.

CAN. 1252 – § 1. Lex solius abstinentiae servanda est singulis sextis feriis.

§ 2. Lex abstinentiae simul et ieiunii servanda est feria quarta Cinerum, feriis sextis et sabbatis Quadragesimae et feriis Quatuor Temporum, pervigiliis Pentecostes, Deiparae in caelum Assumptae,¹ Omnium Sanctorum et Nativitatis Domini².

§ 3. Lex solius ieiunii servanda est reliquis omnibus Quadragesimae diebus.

§ 4. Diebus dominicis vel festis de praecepto lex abstinentiae, vel abstinentiae et ieiunii, vel ieiunii tantum cessat, excepto festo tempore Quadragesimae, nec pervigilia anticipantur.

Abstinentia et iejunium tempore Quadragesimae praescriptum, quod hucusque, iuxta can. 1252 § 4, Sabbato sancto cessabat post meridiem, in posterum cessabit media nocte eiusdem Sabbati sancti (*Decretum Generale S. R. C. quo liturgicus Hebdomadae sanctae Ordo instauratur*, diei 16 novembris anni 1955, tit. III, 10).

CAN. 1253 – His canonibus nihil immutatur de indultis particularibus, de votis cuiuslibet personae physicae vel moralis, de constitutionibus ac regulis cuiusvis religionis vel instituti approbati sive virorum sive mulierum in communi viventium etiam sine votis.

CAN. 1254 – § 1. Abstinentiae lege tenentur omnes qui septimum aetatis annum expleverint.

§ 2. Lege ieiunii adstringuntur omnes ab expleto vicesimo primo aetatis anno ad incepturn sexagesimum.

Lex ieiunii et abstinentiae valde temperata per decretum S. Congregationis Concilii (20 dec. 1940), *nunc ex parte restauratur ut a prima die Sacr. Quadragesimae et donec aliter provideatur, abstinentia servetur singulis feriis VI; lex vero abstinentiae simul et ieiunii feria IV Cinerum, feria VI Hebdomadae sanctae, pervigiliis Assumptionis B. M. V.³ et Nativitatis D. N. I. C.⁴; tamen indulgens ut diebus abstinentiae simul et ieiunii ova et lacticinia etiam mane et vespera ubique sumere liceat* (Die 28 Ian. 1949; cfr. A. A. S. 41 [1949] 32-33).

¹ Decreto S. Congregationis Concilii diei 25 Iulii 1957 iejunium et abstinentia in pervigilio Assumptionis B. M. V. transferuntur ad pervigilium festi Conceptionis Immaculatae eiusdem B. M. V. (A. A. S. 49 [1957] 638).

² Ex decreto S. Congregationis Concilii diei 3 dec. 1959 obligatio abstinentiae et ieiunii vigiliae Nativitatis Domini anticipari potest ad diem 23 decembris (A. A. S. 51 [1959] 918).

³ Cfr. nota 1.

⁴ Cfr. nota 2.

2. Vesperae, etiam in choro, dicuntur horis postmeridianis.

3. Toto tempore quadragesimali prohibentur Missae votivae et defunctorum IV classis.
4. Item toto tempore quadragesimali altaria non ornantur floribus; et organum silet: adhiberi tamen potest ad sustinendum cantum, excepto Triduo sacro. Organi et aliorum instrumentorum sonus permittitur diebus festis de praecocepto et feriatis (exceptis dominicis) necnon in festis Patroni principalis loci, Tituli vel anniversarii Dedicationis propriae ecclesiae, Tituli vel Fundatoris familiae religiosae, vel si qua solemnitas extraordinaria occurrat; et in Benedictione eucharistica, quocumque die (*Instructio de música sacra*, nn. 81 b, 83, 84).
5. In Missis de feriis Quadragesimae et Passionis, excepto Triduo sacro, expleta ultima oratione post Communione, additur *Oratio super populum*, quae dicitur semper sub sua conclusione, et cui praemittitur *Oremus. Humiliate capita vestra Deo* (RM 506). Haec oratio numquam dicitur in Missis festivis vel votivis, ne ad feriam quidem commemorandam.

Notanda pro feria IV cinerum:

1. Si benedictio cinerum, ob defectum ministrorum sacrorum aut cantorum, forma solemni fieri nequeat, licet formam simplicem adhibere, idest *Memorale rituum* Benedicti XIII.
2. Si solemnis benedictio cinerum tardioribus horis fiat, licet primo mane cineres benedicere forma simplici, absque cantu, ordine qui habetur in Missali. Sacerdos igitur stat sine casula vel, si non celebrat, cum cotta et stola violacea.
3. Benedictio cinerum quae mane ante Missam principalem peracta est, ante Missam vespertinam iterari potest, de Ordinarii loci facultate, in ecclesiis ubi Missa vespertina cum magno fidelium concursu celebrari solet (S. R. C., 5 febr. 1958).
4. Qui Missali ante diem 25 iulii 1960 edito utuntur, hoc animadvertant: quarta oratio ad cineres benedicendos, ut omnes aliae orationes benedictionis, concluditur conclusione brevi.
5. Absente alio sacerdote qui ipsi cineres imponat, celebrans stans super suppedaneo in medio, ad altare conversus et inclinatus, sibi ipsi cineres in modo crucis imponit in capite, nihil dicens (S. R. C., 1 nov. 1931).
6. Sacerdos qui cineres benedit debet et subsequentem Missam celebrare, nisi sit Episcopus dioecesanus (Decr. 2976, 8).
7. Quoad expositionem Ss.mi Sacramenti pro adoratione Quadraginta Horarum tempore benedictionis et impositionis cinerum ac subsequentis Missae, cfr. RM 352.

N. B. Cras et in aliis feriis usque ad Nonam sabbati post cineres inclusive, omnia in Officio dicuntur ut in praecedentibus feriis post Septuagesimam, iis tantum exceptis quae in Breviario habentur propria. Ordinarium Temporis Quadragesimae sumitur tantum a I Vesperis sequentis dominicae.

14. *ieiun cum abst. Viol. FERIA IV CINERUM, De ea, I cl.* – Off. feriale per annum. – Ad MAT. 3 ultimi pss. 2° loco. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr., preces. – Ad HORAS a cap. fit ut in Ordinario per annum. – Ad Primam cap. *Regi*.

O. C. MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. Super pop., *Ite, missa est*. – In Missa quae dicitur post benedictionem et impositionem cinerum omittuntur omnes preces ad gradus altaris dicendae, necnon orationes *Aufer a nobis et Oramus te, Domine*, non autem osculum altaris (RM, n. 424 a).

VESPERAE de feria, *ad Magn.* ant. et or. pr., preces.

Hodie prohibentur Missae defunctorum excepta exsequiali; in ecclesiis autem unam tantum Missam habentibus, si fiat benedictio cinerum, prohibetur etiam Missa exsequialis.

15. *Viol. Feria V post cineres, De ea, III cl.* – Off. feriale per annum. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr., comm. Ss. Faustini et Iovitiae Mm. – Ad Primam cap. *Regi*. MISSA pr., sine *Gloria*, comm. Ss. Faustini et Iovitiae, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est*.

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr. sine comm.

16. *Viol. Feria VI post cineres, De ea, III cl.* – Off. feriale per annum. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr., preces. – Ad Primam cap. *Regi*.

MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est*.

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr., preces.

17. Viol. Sabb. post cineres, De eo, III cl. – Off. feriale per annum. – Ad LAUDES pss. 2° loco (in Breviario ante diem 25 iulii 1960 edito, cant. Moysis dimittitur post versum *Deum qui te genuit* = Petram, quae genuit te), ant. *ad Bened.* et or. pr. – Ad Primam cap. *Regi*.

MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est*.

I VESPERAE de seq. dom., antt. et pss. de sabb., a cap. ut in Pr. – *Viol.*

Incipit pro Officio feriali et dominicali *Ordinarium Temporis Quadragesimae*.

18. □ Viol. DOM. I QUADRAGESIMAE, De ea, I cl. – Off. dominicale temp. Quadr. – Ad MAT. 9 antt. et 9 pss. de dom. cum V *Ipse liberavit*, abs. *Exaudi*, bened. *Ille nos, Divinum auxilium, Per evangelica dicta*. – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 (= L. 7) de homilia (cum suo R), sine *Te Deum*. – Ad LAUDES antt. pr., pss. de dom. (2° loco), rel. pr. – Ad Horas ant. et rel. pr. – Ad Primam pss. 53, 118₁, 118₂, L. brevis *Quaerite* (quae dicitur in omnibus Officiis usque ad sabbatum ante dominicam I Passionis inclusive).

O.C. MISSA pr., sine *Gloria*, *Credo*, praef. Quadr., *Ite, missa est*.

II VESPERAE ut in Psalt. et in Pr.

Hodie prohibentur omnes Missae defunctorum, etiam exsequialis.

19. Viol. Feria II post Dom. I Quadr., De ea, III cl. – Off. feriale temp. Quadr. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr. – Ad Primam cap. *Regi*.

MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super populum, *Ite, missa est*.

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr.

20. Viol. Feria III post Dom. I Quadr., De ea, III cl. – Off. feriale temp. Quadr. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr. – Ad Primam cap. *Regi*.

MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super populum, *Ite, missa est*.

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr.

21. Viol. FERIA IV QUATUOR TEMP. QUADR., De ea, II cl. – Off. feriale temp. Quadr. – Ad MAT. 3 ultimi pss. 2° loco. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr., preces. – Ad Primam cap. *Regi*.

O.C. MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est*. – Adverte peculiares rubricas quoad *Flectamus genua* (RM 440).

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr., preces.

Hodie permittuntur tantum Missae votivae et defunctorum I et II classis.

22. Alb. Feria V. CATHEDRA S. PETRI * AP., II cl. – Off. semifestivum. – Ad MAT. 3 Noct. – Ad LAUDES antt. de Comm. Confessoris Pontificis, pss. de dom., comm. S. Pauli Ap. (sub unica conclusione, sine ant. et V), deinde feriae. – Ad HORAS ant. et pss. de feria. MISSA pr., *Gloria*, 2a or. (sub unica concl.) S. Pauli *, 3a feriae, tractus, *Credo*, praef. App. Ad VESPERAS antt. de Comm. Confessoris Pontificis, pss. de dom. (ult. ps. 131), comm. S. Pauli (sub unica concl., sine ant. et V), deinde feriae. – Compl. de dom.

Hodie permittuntur tantum Missae votivae et defunctorum I et II classis.

23. Viol. FERIA VI QUATUOR TEMP. QUADR., De ea, II cl. – Off. feriale temp. Quadr. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr., preces. – Ad Primam cap. *Regi*.

O.C. MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est*.

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr., preces.

Hodie permittuntur tantum Missae votivae et defunctorum I et II classis.

24. *Rub. Sabb. Quatuor Temp. Quadr.* – † S. MATTHIAE * AP., *II cl.* – Off. semifestiv. – Ad MAT. 3 Noct. – Ad LAUDES ant. de Comm., pss. de dom., comm. feriae. – Ad HORAS ant. et pss. de feria.

O.C. MISSA pr., *Gloria, comm. feriae*, tractus, *Credo*, praef. App.

I VESPERAE de seq. dom., antt. et pss. de sabb., a cap. ut in Pr., nulla comm. – Viol.

25. □ *Viol. DOM. II QUADRAGESIMAE, De ea, I cl.* – Off. dominicale temp. Quadr. – Ad MAT. 9 antt. et 9 pss. de dom. cum V *Ipse liberavit*, abs. *Exaudi*, bened. *Ille nos, Divinum auxilium, Per evangelica dicta.* – L. 1 et 2 (= 2 et 3) de Scr. occ., 3 (= L. 7) de homilia (cum suo R), sine *Te Deum*. – Ad LAUDES antt. pr., pss. de dom. (2° loco), rel. pr. – Ad Horas ant. et rel. pr. – Ad Primam pss. 53, 118₁, 118₂

O.C. MISSA pr., sine *Gloria, Credo*, praef. Quadr., *Ite, missa est.*

II VESPERAE ut in Psalt. et in Pr.

Hodie prohibentur omnes Missae defunctorum, etiam exsequialis.

26. *Viol. Feria II post Dom. II Quadr., De ea, III cl.* – Off. Feriale temp. Quadr. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* Et or. pr. – Ad Primam cap. *Regi.*

MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est.*

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr.

27. *Viol. Feria III post Dom. III Quadr., De ea, III cl.* – Off. feriale temp. Quadr. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* et or. pr., comm. S. Gabrielis a Virgine Perdolente C. – Ad Primam cap. *Regi.*

MISSA pr., sine *Gloria*, comm. S. Gabrielis, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est.*

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr., nulla comm.

28. *Viol. Feria IV post Dom. II Quadr., De ea, III cl.* – Off. Feriale temp. Quadr. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* Et or. pr. – Ad Primam cap. *Regi.*

MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est.*

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr.

29. *Viol. Feria V post Dom. II Quadr., De ea, III cl.* – Off. Feriale temp. Quadr. – Ad LAUDES pss. 2° loco, ant. *ad Bened.* Et or. pr. – Ad Primam cap. *Regi.*

MISSA pr., sine *Gloria*, sine *Credo*, praef. Quadr., or. super pop., *Ite, missa est.*

VESPERAE de feria temp. Quadr., *ad Magn.* ant. et or. pr.

Cras, ubi peculiaria pietatis exercitia in honorem Sacratissimi Cordis Iesu peraguntur, dici possunt duae Missae votivae eiusdem SS.MI CORDIS *Cogitationes* (alb.), *Gloria*, 2° or. feriae, tractus, sine *Credo*, praef. pr.